

Sangrinus, Angelus

Psalterium gloriosae Virginis Mariae in tria rosaria divisum, videlicet in
gaudiosum, dolorosum et gloriosum

Florentia 1583

Res/Asc. 2931#Beibd.2

urn:nbn:de:bvb:12-bsb00017762-3

Copyright

Das Copyright für alle Webdokumente, insbesondere für Bilder, liegt bei der Bayerischen Staatsbibliothek. Eine Folgeverwertung von Webdokumenten ist nur mit Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek bzw. des Autors möglich. Externe Links auf die Angebote sind ausdrücklich erwünscht. Eine unautorisierte Übernahme ganzer Seiten oder ganzer Beiträge oder Beitragsteile ist dagegen nicht zulässig. Für nicht-kommerzielle Ausbildungszwecke können einzelne Materialien kopiert werden, solange eindeutig die Urheberschaft der Autoren bzw. der Bayerischen Staatsbibliothek kenntlich gemacht wird.

Eine Verwertung von urheberrechtlich geschützten Beiträgen und Abbildungen der auf den Servern der Bayerischen Staatsbibliothek befindlichen Daten, insbesondere durch Vervielfältigung oder Verbreitung, ist ohne vorherige schriftliche Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig und strafbar, soweit sich aus dem Urheberrechtsgesetz nichts anderes ergibt. Insbesondere ist eine Einspeicherung oder Verarbeitung in Datensystemen ohne Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig.

The Bayerische Staatsbibliothek (BSB) owns the copyright for all web documents, in particular for all images. Any further use of the web documents is subject to the approval of the Bayerische Staatsbibliothek and/or the author. External links to the offer of the BSB are expressly welcome. However, it is illegal to copy whole pages or complete articles or parts of articles without prior authorisation. Some individual materials may be copied for non-commercial educational purposes, provided that the authorship of the author(s) or of the Bayerische Staatsbibliothek is indicated unambiguously.

Unless provided otherwise by the copyright law, it is illegal and may be prosecuted as a punishable offence to use copyrighted articles and representations of the data stored on the servers of the Bayerische Staatsbibliothek, in particular by copying or disseminating them, without the prior written approval of the Bayerische Staatsbibliothek. It is in particular illegal to store or process any data in data systems without the approval of the Bayerische Staatsbibliothek.

2

PSALTERIVM GLORIOSAE VIRGINIS MARIAE

*In tria Rosaria diuīsum, videlicet in Gau-
diosum, Dolorosum, & Gloriosum.*

Auctore Angelo Sangrino Abate
Casinense.



FLORENTIÆ
Apud Bartholomēum Sermartellium,
M D L X X X III.

MVLLA
GLOBAE

ET MIRIA

YNGELOMUS
SCHILLING



ЕЛЯНТИ
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES

PSALTERIUM GLORIOSAE VIRGINIS MARIE

In tria Rosaria diuīsum, videlicet
in Gaudiosum, Dolorosum,
& Gloriosum.

A D L E C T O R E M.



I quis fidelium est deuotissime lector; qui absq; animi tædio mētisq; laſſitudine dulcissimū deiparæ Virginis Mariæ Psalteriū seu flagrantissimum eiusdem Rosariū persoluere in dies voluerit acceptius, hoc maxime ad id digne perficiendum lectitet, & meditetur compendium.

In primis. & præceteris omnibus corde contrito, animoq; humiliato, se ante omnipotens, & æternum Dei numen qua valet puritate, proſternat, tum impresso Crucis signo, tam fronti,

F 2 quām

quām ori, ac pectori, cum euangelico
Publicano à longe percutiens pectus
suum clamet: Propitius esto Deus mi-
hi peccatori, fideq; non ficta addat cū
prodigo filio: Pater peccaui in cœlum
& coram te, fac me sicut vnum de mer-
cenarijs tuis, deinde qua decet humili-
tate eleuet mentis oculum, & I E S V M
cū Stephano reuereatur ad dexteram
Patris stantem, velut strenuum pecca-
torum aduocatum, ad cuius latus cum
Elisabeth suppliciter veneretur M A-
R I A M eius genitricem, & totam cæ-
lestis regni curiam circum circa pro se
oraturam interpellet: Postremo sum-
missa voce, deuotaq; attentione velto
tūm Psalterium in die, vel in tria Ro-
saria diuīsum per hebdomadām quām
humillimè depromat & oret pro me ma-
ximo peccatore.

A D D E V M.

O R A T I O.

C Reator omnium rerum, & Rector
earum optime Deus, qui per vnige-
nitum

nitum tuum I E S V M Apostolos eius
 docuisti in oratione dicere, Pater no-
 ster qui es in cœlis; & per Gabrielem
 Archangelum in auribus M A R I A E
 Virginis intonasti Ave gratia plena Do-
 minus tecum : concede mihi obsecro
 humillimo peccatori vtrunc; in Psalte-
 rio, vel in Rosario hodie decantanti,
 & illum apud te pium aduocatum, &
 eam post ipsum indefessam interPELLA-
 tricem, vt sub amborum tutela laudes,
 & gratiarum actiones digne tibi persol-
 uam. Qui vnus in Trinitate & Trinus
 in Vnitate es Deus viuus & verus ante
 omnia seculorum secula Amen.

ROSARIVM GA VD IOSVM

IN ANNVTIATIONE
*Virginis Antiphona & pro medita-
 tione compendium.*

NAZARET ingreditur Gabriel
 Patre missus ab alto

F 3 Virgo

017762
Virgo capessit Aue, concipit autem
Deum.

Semel Pater noster & decies Aue Maria,
¶ V. Angelus Domini nuntiauit M A -
RIAE.

R. Et concepit de Spiritu sancto.

O R A T I O .

FONS gratiarum & misericordia-
rum pelagus omnipotens Deus, Te
suppliciter obsecro, ut quemadmo-
dum Angelo Gabriele votum tuum
M A R I A E Virginis nuntiante & eam hu-
millime salutante, Virginem intemera-
tam illi respondentem: Ecce ancilla do-
mini fiat mihi secundum verbum tuum
in matrem Vnigenititui I E S U tibi coę-
terni & coęqualis dignissime elegisti,
ita me seruum tuum indignum (illa in-
tercedente) eligere in conciuem sancto-
rum consortemq; Angelorum digneris.
Per Christum dominum nostrum.

I N V I S I T A T I O N E

*Antiphona & pro meditatione
Compendium.*

P L E N A Dei vnigena Virgo, iuga
scabra Iudeæ

Scandit, vt Elisabeth visat, & vltrò
iuet.

Semel Pater noster & decies Ave Maria.

V. Benedicta tu inter mulieres.

R. Et benedictus fructus ventris tui.

O R A T I O.

I Es v robur corporis, & fortitudo
animæ te humillimè deprecor vt tuo
medulci spiritu visites interius & quo
tidie exterius me adiuues, quo Ioan-
nem sub sterili anus vtero visitaſti, & fe-
cundam Elisabeth per sedulum Virgi-
nis matris tuę ministerium adiuuisti.
Qui cum Patre & Spiritu sancto vnus
es ante omnia rerum exordia Deus.

I N N A T I V I T A T E D O M I-

ni Antiphona & pro meditatione
Compendium.

ALMA Deum, atq; hominem pe-
perit Virguncula Christum,
Gloria fit superis, pax fit in orbe ho-
mini.

Semel Pater noster & decies Ave Maria.

F 4 V.

117762
V. Verbum caro factum est.
R. Et habitauit in nobis.

O R A T I O .

Pater misericordiarum, & Deusto-
tius consolationis, qui ut homo fie-
ret Deus, Verbum tuum carnem fieri
voluisti, concede nobis per eius incar-
nationem, & Virginis intactæ fæcun-
ditatem præteriorum scelerum nostro-
rum indulgentiam; præsentium emen-
dationem, futurorum custodiam, ut
quotidie & spiritu renasci, & carne,
penitus vitijs interire mereamur, per
Christum Iesum, qui voluit pro no-
bis mori & resurgere tertia die. Amen,

I N P RÆSENTATIONE *Domini Antiphona & pro me- ditatione Compendium.*

Q VEM defert puerum Virgo, com-
plectitur vlnis
Ante aram Simeon, dedicat inde
Patri.

Semel

Semel Pater noster & decies Aue Maria.

V. Nos cum prole pia.

R. Benedicat Virgo Maria.

ORATIO.

IN TEMERATA Dei Genitrix Virgo MARIA te obnixius exoro, ut tuis meritis & precibus ita Michael Archangelus animam meam ab omni peccato immunem post mortem tuo filio IESU Sacerdoti magno offerat, ut tu illum vlnis complexum Simeonis eterno Patri velut agnum immaculatum in templo obtulisti. Amen.

IN INVENTIONE DOMINI

in medio doctorum antiphona, &

pro meditatione Compendium.

INTER doctores rutilat velut Hesperus inter Sydera IESU amor matris, & orbis honor.

Semel Pater noster & decies Aue Maria.

V. Beatus venter qui te portauit.

R. Et ubera quæ suxisti.

F 5 ORA-

17762
ORATIO.

IESV Sanctoru*m* iubilum per illud su*m*
prenum & ineffabile gaudium quod
mater tua tristis & afflita habuit, te cū
triduo non inuentum, tandem in Tem-
plo inter doctores disputantem reppe-
rit, fac me obsecro eius gratia in omni
temptatione & afflictione te inuenire pro
pitium fautorum strenuumq; defenso-
rem. Qui viuis & regnas inter Ange-
los cum Patre & Spiritu sancto tanto
gloriosior, quanto clementior. Amen.

ROSARIVM
DOLOROSVM.

IN ORATIONE DOMINI
in horto Antiphona & pro medita-
tione Compendium.

MI pater aufer ait calicem fudo-
re profusus
Sanguineo Christus, vel quid agam
vltrò, iube.

Semel Pater noster & decies Ave Maria.

V.

V. Erue à framea Deus animam meā.
R. Et de manu canis vnicam mcam.

ORATIO.

VNICA cælitum lētitia, & singulare terrigenum solamen IESV fortissime te toto corde deprecor, vt Angelus qui te in agonia positum & sanguine profusum in horto prolixius orantem consolatus est, me in omni animi angore & corporis afflictione consoletur in vita, & in mortis articulo animam meam ab omni dēnionis tentatione eripiat, eruptamq; tibi offerat angelicis Choris inferendam, per eum calicem passionis, quem te bibere vidit mestissima mater tua sub paticulo crucis. Amen.

IN FLAGELLATIONE

*ad columnam Antiphona & pro
meditatione Compendium.*

REX spuitur superum, barbaq; &
crine reuulsis.

Hunc subigit strictum, fune, colum-
na, flagris.

Semel Pater noster & decies Ave Maria.

0017762
V. Ipse peccata nostra tulit.

R. Cuius liuore sanati sumus.

ORATIO

INNOCENTISSIME & immaculatae Fili Dei & MARIAE IESU
mitissime te obtestor per sanguinolenta & innumera verbera, quæ post fetida spuma, & crebras alapas columnæ innixus pro me pertulisti ut in cunctis vitæ meæ aduersitatibus & periculis, fortissima mihi adfis columnna, cui miser ego semper appulsus, lascivientis carnis incendia, dæmonum tentamenta, & mundi illecebras pro te patientissime sufferam, & ea in morte euasissimæ gaudem. Amen.

IN SPINARVM CORONATIONE Antiphona & pro meditacione Compendium.

SPINATVM meditare caput, vel
arundinetunsum,
Aut Christi vultu cerne cruore litu.
Semel Pater noster & decies Ave Maria.
V. Vulneratus propter peccata nostra.
R. Attritus est propter scelera nostra.

ORATIO.

REX regum fortissime Deus, qui
 filium tuū IES V M C H R I S T V M
 spinea corona pro regio diademate co-
 ronatum, & arundine pro sceptro insi-
 gnitum atq; vili purpura indutum, vt
 regem adorari à Iudeis ludibrio deri-
 suq; permisisti, diuelle queso à cordē
 meo malarum cogitationum spinas, &
 incendiorum aculeos in carne mea ex-
 tingue, vt in exitu vitę mē stola immor-
 talitatis indui & martyrum tuorum lau-
 rea coronari merear. Per Christum
 qui pro me factus est opprobrium ho-
 minum & abiectione plebis. Amen.

IN CRVCIS DELATIONE

*Antiphona & pro meditatione
compendium.*

Post flagra, post alapas, colaphis
 post mixta cruentis
 Vulnera, pro nobis fert dei imago
 Crucem.
Semel Pater noster & decies Aue Maria.
V. Hoc signum Crucis erit in cælo.
R.

80017762
¶. Cum dominus ad iudicandum
venerit.

XII
ORATIO.

MEDIATRIX Dei & hominum
Virgo MARIA te flexis genibus
profusisq; lachrymis interpelló, vt per
illum animi dolorem, & corporis cru-
ciatum, quibus affecta fuisti, dum fi-
lium tuum sibi crucem inter duos la-
trones deferentem vidisti, impetres mi-
hi à Deo post eum in vitam Crucem
mortificationis sensuum, voluntatisq;
propriæ ita deferre, vt in die Domini
cum sanctis eius audiam: venite bene-
dicti Patris mei percipiter regnū. Am.

IN CRUCIFIXIONE
*Domini Antiphona & pro medita-
tione Compendium.*

QVI sedet in celo suspenditur ar-
bore, factus

Inter latrones risus & opprobrium.

Semel Pater noster & decies Ave Maria.

¶. Factus est obediens usq; ad mor-
tem.

¶. Mortem autem Crucis.

ORAT.

00017762
O R A T I O .

S TRENVA peccatorum aduocatrix
Stutumq; miserorum refugium vir-
go M A R I A , si pro nobis peccatori-
bus facta es mater Saluatoris Christi
I E S V , per clauos, per crucis suspen-
dium, per cius opprobriosam mortem,
& lateris transfixionem te tota cordis
integritate exoro, vt irriguo lachryma-
rum tuarum & dolorum fluctibus su-
spiriis & singultibus tuis, pro me inter-
cedentibus omnem peccatorum meo-
rum ablutionem merear, & in supre-
mo vitæ discrimine te interueniente au-
diam quod latro ille dexter audiuit ab
vnigenito tuo crucifixo, hodie mecum
eris in Paradiso . Amen.

R O S A R I V M
G L O R I O S V M .

I N R E S V R R E C T I O N E
*Domini Antiphona & pro me-
ditatione Compendium .*

D E uiecto Sathana, mortisq; tiranni-
de pressa

Vita

017762
Vita hominum triduo mortua, sur-
git humo.

Semel Pater noster & decies Ave Maria.

V. Surrexit Dominus de sepulchro.

R. Qui pro nobis pependit in ligno.

O R A T I O.

MATER Dei & hominis Christi
puerpera Iesu intacta propter
illud ineffabile & incomprehensibile
gaudium quo supra omnem creaturam
exultasti in resurrectione primogeniti
tui impetra mihi ab eo obsecro quoti-
die resurgere in gratiam suam, & in fa-
uorem tuum, ut te mihi aspirante & il-
lisim in horas gravior in assequendis iu-
sticie meritis, & longe acceptior te in-
terpellante in promerendis cœlestium
spirituum premijs Amen.

I N A S C E N S I O N E D O M I ni Antiphona, & pro meditatione Compendium.

Crvce depositus tumulo super
Æthera Iesus

517

Ad

Ad Patris dextrā migratouante Polo.
Semel Pater noster & decies Aue Maria.
 V. Ascendit Deus in iubilatione.
 R. Et dominus in vocetube.

O R A T I O.

Non fuit tā ingens dolor ò plusq;
 crucifixa & mortua Virgo Maria,
 cum in Crucis lignum ascendere vidisti
 I E S V M filium tuū, quām fuit immen-
 sum gaudium, inexplicabilis lātitia, ò
 gloria & letabunda Mater cum illum
 vidisti in cælum ascendere, comitanti-
 bus Angelis, iubilātibus Apostolis, lan-
 guentibus inferorum Principib; Pro
 pter hoc ergo gaudium obtestor te vt
 mihi intercedas vite æternæ præmium,
 pro quo ipse sedet ad dexteram Patris
 interpellans pro nobis. Amen.

IN MISSIONE SPIRITVS
sancti Antiphona & pro meditatio-
ne Compendium.

REX cæli ac terræ Christus super
 omnia regnans
 Flamine corda sacro donat apostolica.
Semel Pater noster & decies Aue Maria.
 V.

0017762
V. Spiritus Domini repleuit or-
bem terrarum.

R. Et hoc quod continet omnia
Scientiam habet vocis.

ORATIO.

BENIGNISSIME & piissime Pa-
ter, qui verbum tuum incarnari
mori, & resurgere in premium redem-
ptionis & iustificationis nostræ volui-
sti, & Spiritum tuum sanctum mitti su-
per matrem & discipulos illius in cœna
culo orantes decreuisti, dele depreca-
mur intercedētibus illis, omnes iniqui-
tates nostras, ut iustificemur, & cor
mundum crea in nobis, ut te pure dili-
gamus, & diligentes gloriose perfrua-
mur. Qui regnas Deus in seculorum se-
cula. Amen.

IN VIRGINIS MARIAE *Assumptione Antiphona & pro me- ditatione Compendium.*

VIRGO decus superum, Mundi Re-
gina, Tonantis
mater, ab angelicis fertur in astra choris.
Semel

Semel Pater noster & decies Ave Maria.

V. Exaltata es sancta Dei Genitrix.

R. Super choros Angelorum ad cælestia regna.

O R A T I O.

QUALE & quantum fuit gaudium tuum ò Patris filia, ò filij mater, spiritus sancti sponsa, Virga de radice Iesse M A R I A, spes Adæ, gloria Euæ; cum tibi in morte occurrit I E S V S toto iubilante celo cunctis congratulantibus Apostolis, quæ lætitia fuit cum audisti, veni columba mea, speciosa mea, veni dilecta Mater mea, coronaberis, quæ exultatio & iubilatio fuit cum super Angelorum choros superexaltatam ad dexteram suam te lætabundus & laudans ante Patris tronū in irifice collocauit: propter istud ergo supremum & incomprehensibile gaudium te obnixius deprecor Reginæ Cæli, Patrona Mundi, Terror Auerni, ut pro gloria filij tui pro nobis crucifi xi, & laude aduocationis tue nos reconciliies Patri, ne héréditate priuemur regni sui, quod nobis filius tuus I E S V S Christus effusione sanguinis sui preparauit. Amen.

In

0017762
IN GLORIA SANCTORVM

*Antiphona, & pro meditatio-
ne Compendium.*

TA M fælix deitate fui, quām sorte
potiri

Cælituum, & Christi, & Matris
amore trahi.

Seimel Pater noster & decies Ave Maria.

V. Letamini in domino & exultate iusti.

R. Et gloriamini omnes recti corde.

ORATIO.

OMNI POTENS & misericors
Deus si nos ab initio creasti ad te
omne bonum, vt te in æternum fruere-
mur, inquietum est cor nostrum donec
requiescat in te, qui es quies nostra, vi-
ta sanctorum, & gloria Angelorum per-
tuam ergo omnipotentiam, qua Ma-
riam Virginem elegisti in matrem filii
tui, & per misericordiam qua dedisti eū
pro nobis oblationem in mortem, re-
spice nos, & sursum erige mentes no-
stras ad gustandum in terris quām sua-
uis & dulcis sis, & post mortem in cæ-
lo ad fruendum te vno in Trinitate, &
in unitate Trino Deo, Qui viuis in se-
cula seculorum. Amen.

L A V S D E O.